



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor profundissimus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO V.

AMOR DEI,

Amor profundissimus.

Amor Dei dicitur *Acutus*, *penetrabilis*, quæ est
 quarta proprietas eius, quæ inuicem penetrat infini-
 tas perfectiones DEI. Quia cognitio, quam habent
 homines de DEO, est nomina experimentalis: gustant
 eam suavis ac dulcis in seipso sit DEUS. Sicut is,
 qui hæc experimentalem cognitionem mellis, gu-
 stat, multo melius id cognoscit, quàm qui non
 gustat, nec gustat. *Gustate & videte, quàm sua-
 vis sit Dominus.* (Ysa. 33.) hoc est, desideratis perfectè
 cognoscere, quàm suavis sit Dominus? procurate,
 ut gustetis, & gustetis eius dulcedinem. Hæc est
 sapientia cœlestis, scientia sapida, cognitio & frui-

ti. *Luce mihi, Domine, tuum divinum gaudium,
 tuam consolationem cœlestem, tuam purissimam
 caritatem: ut gustando te amplius, te etiam magis
 diligam; ac dum voluntate delector tuis deliciis,
 intellectu melius penetrem tuam Bonitatem.*

Hanc unionem, & mirabilem conjunctionem ha-
 bent inter se cognitio, & consolatio Dei. Cognitio
 est principium consolationis, & consolatio perficit
 cognitionem. O quàm divina exercitatio, digna
 spiritibus, de cognitione Dei transire ad amorem,
 ad amorem ad gaudium, & à gaudio de novo ad cognitio-
 nem reverti; ut cognitione crescente crescat
 in nobis per ipsam, & amor, &
 gaudium!